

# De casibus, in quibus quis &c. Cap. XI. 20

- dum, & priusquam communicet, recordatur alicuius peccati, nondum confessi, & ne alii sit scandalo, aut impedimento, & quia non habet copiam confessoris, communicat proponens id flatim à communione confiteri: nam etsi secundum rigorem iuris antiqui, si propositū illud confitēdi non peruenit ad votum, posset absque peccato confessionem difterre tamen hodie per Conc. Trid. sess. 13. cap. 7. quatenus præcipit, vt qui non habens copiam Confessarii sacram fece rit absque prævia confessione, quām cūtissime possit, postea confiteatur, videotur quōd si Concilium interrogatū fuisse de laicis, idem de illis definisset, iux. glo. sing. in l. tale pactum. §. f. ff. de pact.
- 2 Nuar. cap. 2. nu. 9. Quod † fecus est de eo, qui semel in anno confessus, oblitus fuerit alicuius peccati mortalis, sine culpa sua in confessione. Nam non tenetur habita memoria illius peccati statim confiteri, sed suo tempore, & hoc est contra aliquos afferentes, statim teneri ad confitendum, & quōd nec possit expectare futuram Quadragesimā; quia exponeret se periculo obliuiscendi
- 3 denuo: sed hoc nihil est; quia † obliuisci peccatum mortale, non est peccatum mortale, unde iste non se exponit periculo peccati mortalis, nec tenetur laborare, ne obliuiscatur, alioquin secundum Syluest. semper tenetur deferre instrumenta scribendi peccata, quod est stolidum dicere. Sed sufficit, quōd velit recordari, & quōd proponat confiteri, quando alia vice tenebitur. Sylvest. in ver. confessio. 1. q. 2. in f. Sotus. dist. 18. q. 1. artic. 4. 6. conclu. versi. ex his.
- 4 Secundus casus est de eo, qui † omisit confessionem toto vno anno contra præceptum Ecclesiæ; nam tenetur confiteri, & sic supplere omissam confessionem transacto anno, quām primum commodi potest, & non expectare ad finem alterius anni: & ratio est, quia annus ab Ecclesia præfixus fuit, nō ad finēdam obligationem, quemadmodum dicitur præfixus ab Ecclesia in ie-

- junii, vel singulis diebus ad recitandas horas Canonicas: nam qui non ieunauit in Quadragesima, vel singulis diebus non recitauit horas Canonicas, non tenetur iterum ieunare, vel recitare: & ratio est, quia illa ieunia, & horas Ecclesia præcepit tanquam onus illis diebus annexum, sed tempus ab Ecclesia confitendū non tam ad finēdam obligationem, quam ad dilatādam præfixum fuit: vnde non finitur per lapsum ipsius; vñluti qui debitor est pecunia præfixo tempore Paschatis, illo tempore elapsō nihilominus manet debitor, quo usque persoluat. Sic qui nō potest comparere certa die præfixa, tenetur nihilominus, quāto ciuius post illam comparere, l. Celsus, ff. de arbitr. Præterea præceptum confessionis sic est affirmatum, vt rāmen negationem excludat. Est enim præcepti ilius finis, vt ultra annum nemo in iniunctitia Dei permaneat; quare qui per annum remedium confessionis non adhibet, semper manet obligatus reus, quo usque legem impletat. Concluditur ergo quōd qui neque in Quadragesima, neque illo anno confessus est, semper manet omissionis reus: nō quōd quotidie nouum peccatum committat, sed quōd semper maneat in primo, quo usque confiteatur. Imo si † adiuncta esset excommunicationis censura, citra dubium homo ille negligens nec potest ab excommunicatione donec confiteatur absolui. & ita vniuersalis habet Ecclesiæ usus. Sot. in 4. senten. dist. 18. q. 1. art. 4. circa finem. Nuar. capit. 21. num. 45. Fr. Bar. Theolo. à Medina, lib. de instruc̄t. Cōfessarii, in declaratione tertii præcepti Ecclesiæ. Franc. à Victor. q. 147.
- 5 Tertius casus est in articulo † mortis: nā tenetur iure diuino ad mortalium confessionē in tali articulo, hec est cōmuniſ omnium Theologorum sententia in dist. 17. q. 3. art. 1. q. 4. vbi D. Thom. Sylu. in ver. confessio. 1. q. 2. optimus text. in c. cum infirmitas, extra dē penit. & remis. vbi præcipit medicis, vt vocati ab infirmis efficaciter faciant, vt prius adiuto-